UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Flavii Philostrati quae supersunt

Philostratus, Flavius

Turici, 1844

Einleitung

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-5613

Visual Library

PROOEMIUM.

Imaginum [1]) hoc volumen et argumenti varietate et descriptionis veritate et orationis elegantia jure laudatur. Varietas ea est, ut plurima hic inveniantur expressa mythica allegorica historica et ex vita hominum amoenitateque naturae petita. In explicanda mirifica illa copia veritatem secutus est scriptor vel eam, quae ipsam rerum naturam repraesentat, vel eam certe, quae pendet ex artificum imaginatione et decretis,[2]) nec dubitavit optimus quisque archaeologus, quin in universum bene hoc negotium administraverit,[3]) atque elegantem formarum spectatorem, sagacem ἠθῶν et παθῶν interpretem se praebuerit, idque ex plurimis antiquae artis reliquiis in commentario nostro laudatis, quae cum Philostrateis iconibus consentiunt, firmatur. Desiderantur tamen nonnulla, quae si adjicere scriptor voluisset, majorem utilitatem ex hoc libro perciperemus: vituperarunt VV. DD. [4]) quod non apposuerit nomina artificum, quorum fuere singulae imagines aut inventione aut perfectione quoque; ac revera multum adjuvaremur ad cognitionem veteris picturae, si ab ipso acciperemus, recte tribui pictoribus praeclaras imagines, quas nunc nonnisi dubitanter ex levi vestigio apud alios scriptores, maxime Plinium, invento illis assignare audemus. Quanto pluris essent hae descriptiones faciendae, si constaret, I, 14 petitam esse ex Apellis exemplo,[5]) I, 15 ex Aristidis,[6]) I, 24 ex Niciae,[7]) II, 4 ex Antiphili,[8]) II, 10, ex Theodori et Taurisci [9]) II, 13 ex Apollodori,[10]) II, 21 ex Polycleti,[11]) II, 27 ex

[1]) Inscriptionem codicum Ἑλλαδίᾳ (Ἑλλάδια, Ἑλλαδικὰ alii), de qua varie pronunciaverunt VV. DD., ab ipso scriptore profectam esse nego, sive alicui Helladiae librum hunc dedicatum putes, sive scholam artis pictoriae indicari Graecanicam, Asiaticae oppositam.

[2]) Dico mixtas corporum figuras, ut I, 3; anticipationes rerum futurarum, ut I, 24, alia, quae magis; symbolica sunt quam res descriptas repraesentant.

[3]) Post Heynium laudentur Torkill Baden Comm. de arte ac judicio Flavii Philostrati in describendis imaginibus Hafn. 1792. C. O. Müller in Archaeologia passim, e. g. 18, 702. Welcker in recensione hujus operis Mus. Rh. 1834 p. 411. et in ed. Imaginum Jacobsiana, Raoul-Rochette in Peint. ant. ined. 160, Creuzer in Symb. ed. 3. II, 82, III, 427. al., Gerhard Auserl. Vasengem. I, 12, al. Toelken in libello infra not. 8 p. IV. laudato. L. Preller, in fragm. Polemonis 198 et O. Jahnius in „Pentheus und die Maenaden“ p. 8 plenam fidem scriptori non tribuunt, quorum sententiam tractavi in dissert. de pinacotheca quadam Neapolitana, Heidelb. 1844, p. 6. Vide etiam, quae dixit E. Müller in libro „Geschichte und Theorie der Kunst bei den Alten“ II, 316. et olim Ch. D. Beck de interpretatione veterum scriptorum et monumentorum recte instituenda Comment. tertia p. 118.

[4]) Ut Welckerus in ed. Jacobs. p. LVIII.

[5]) cf. Plin. XXXV, 36, 17.

[6]) cf. Plin. XXXV, 36, 19.

[7]) cf. Plin. XXXV, 40, 28.

[8]) cf. Plin. XXXV, 37.

[9]) cf. Plin. XXXV, 40, 40.

[10]) cf. Plin. XXXV, 36, 1.

[11]) cf. Plin. XXXIV, 19, 2.

Cleanthis,[1]) et sic reliquis suus auctor adscriptus legeretur! Praeterea abstinuit ab indicanda forma et ambitu tabularum, atque a describenda scenarum adornatione, qua in re imaginationem nostram nimis laborare cogit silens de singularum personarum collocatione et omnium inter se relatione. [2]) Quodsi ob ea vitia merito accusatur, excusatio quidem ei parata est ab aequalibus petita, quibus notae erant picturae illae et artifices, tamen non possumus, quin doleamus, sophistam posteritatis incuriosum fuisse, quae accuratiorem, quam ipsi placuit exhibere, de illis operibus notitiam nunc desiderat. At consilium ejus non tam hoc fuit in enarrandis imaginibus, ut lector ad cognoscenda artificum opera proficeret, quam ut dictionis copiam et elegantiam hinc peteret, in eoque genere plane, quod sibi proposuerat, consecutus est.

Quod autem in his descriptionibus nonnemo offendit, quia unitas argumenti vix usquam deprehenderetur, et ideo picta ista unquam fuisse negavit,[3]) jam non peccatum ecphrastae, sed ipsorum, qui talia reprehenderunt, error ibi cognoscitur duplex, qui aut ignorarent, tales compositiones diversarum ejusdem argumenti in una tabula actionum non repugnasse veterum sensui, aut putarent illud sua quidem opinione vitium in omnibus Philostrateis imaginibus obvium esse. Abundabit exemplis,[4]) qui demonstrare velit, hanc conjunctionem diversarum scenarum ejusdem fabulae usitatam fuisse antiquis artificibus, proximeque accessisse illorum picturam ad ectyporum rationem,[5]) in quibus nil frequentius compositionibus ejusmodi, nec vero in hoc libro tam saepe inveniuntur, quam reprehensores existimant, cum ex sexaginta quinque imaginibus vix nona pars divisionem postulet.[6])

Quaeri potest, utrum Philostratus veram descripserit pinacothecam, an hanc Neapolitanam finxerit.[7]) Non valde refragabor negantibus exstitisse, modo ne quis inde concludat quidquam contra ipsarum tabularum veritatem. Nimirum excogitare tot tam excellentia artis opera si potuisset sophista, inventione summis pictoribus comparandus esset, at locum, ubi illa congesta

[1]) cf. Strab. VIII, 343. (237.)

[2]) In his explicandis jam Heynius feliciter versatus erat, Opusc. acad. V, 12—158. Telam inceptam ad finem perduxit F. G. Welckerus, qua opera archaeologiae studia summopere adjuvit, in dissertationibus commentario Jacobsiano adjectis. Ipsius verba de ea re haec sunt: „hoc maxime erat, quod ecphrasis Graeca faciendum nobis reliquisset: in qua raro admodum, quo loco singulae personae positae fuerint, annotatum est, nedum ut figurarum inter se ex artis usu compositarum symmetria et consensus indicetur, aut mensurae adeo, hoc est, Plinio interprete, quanto quid a quo distet.“ cf. in ed. Jacobs. p. LXIX.

[3]) Praeter eos, qui infra p. VI, not. 13—15 laudabuntur, vide maxime Fr. Passovii dissertationem „über die Bilder des ältern Philostratus“ bis editam, et in „Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft,“ 1836, p. 571 sqq. et in „Franz Passow's vermischte Schriften, herausgegeben von W. A. Passow, Lehrer am herzogl. Gymnasium zu Meiningen. Leipzig 1843,“ p. 223 sqq. Contra tales reprehensiones valet quodammodo opera recentiorum pictorum, qui argumenta Philostratea expresserunt, Julium Romanum dico, et nuperrime M. de Schwind, qui musei Caroliruhani parietes multis illinc petitis imaginibus exornavit. cf. Kunstblatt 1845, nr. 42.

[4]) Sufficiant haec: Cic. Verr. IV, 55, quo de loco agit Böttiger Archaeol. der Malerei, 282. Paus. I, 15, 4 cum Schornii explicatione in Kunstblatt 1822, nr. 71. Achill. Tat. p. 5, 3. ed. Jac. sarcophagum Agrigentinum cf. Welcker ad Im. 419. Müller Arch. p. 321. ejusdem „Denkmäler II, 102. Gerhard Auserles. Vasengemälde. I, 50. Raoul Rochette Monum. ined. II, pl. 38.

[5]) Vide egregiam E. H. Tölkenii dissertationem: „über das verschiedene Verhältniss der antiken und modernen Malerei zur Poesie. Berlin 1822.“

[6]) Sunt haec fere: I, 18; II, 2; II, 21; II, 22; praeterea Bospori panorama (I, 12) eosdem homines diversa agentes offert (cf. 389, 16 et 17) etiam Aprorum venatio (I, 28) duplicem videtur habere actionem, nec dubitaverim Mercurii natales (I, 26) in duas saltem partes distribuere; debuit enim, ni fallor, boum surreptio ante oculos poni, ut intelligi posset, qua de caussa Apollo cum Maia altercaretur. Prooemia autem et transitus explicationis gratia adjecti alius sunt generis; nulla sane inde existit scriptori exprobratio tribuenti aliquid lectorum intelligentiae.

[7]) Quae sententia L. Prelleri est in ed. Fragmentorum Polemonis p. 198.

diceret, cur non licebat fingere, quo speciem colloquii cum puero efficeret? Hoc enim consilium scriptoris erat, ut varias exhiberet descriptiones, in quibus orationis sophisticae lumina splenderent, unde cognoscerent juvenes studiosi rhetoricae limati et politi sermonis formam. Conjicio autem, Athenis hunc librum prodiisse eo tempore, quo ipse illic sophisticam profitebatur, dictus inde *Ἀθηναῖος*.[1] Facile tamen largiar iis, qui malunt contendere, fuisse illam Neapoli porticum, aliquid veri subesse narrationi: sumas peregrinantem Philostratum *ἐπιδείξεων* causa, quas sophistae apud celebriores facere civitates solebant, etiam Neapolin venisse Graecam et Graecis litteris deditam, liberaliter ibi exceptum ab hospite, cujus domus picturis abundaret, inde occasionem arripuisse ex tempore dicendi; postea, cum ad scribendum se contulisset, non substitisse in imaginibus illius stoae, sed aliarum quoque, quae ipsi maxime placuissent, adjecisse descriptionem. Quod enim minus accurate designat aedes hospitis, dicens *ἐπὶ τεττάρων, οἶμαι, ἢ καὶ πέντε ὀροφῶν*, tributum hoc a Welckero negligentiae scriptoris, (Praef. LVIII) a Passovio vel inscitiae,[2] nobis de industria commissum videtur, ut lectori significaretur, quid sibi vellet narratio praemissa, cujus veritas scilicet examinanda severe non esset, speciem quaerente sophista colloquii cum puero multis coram adolescentibus instituti. Ipsius artis pictoriae praecepta aut historiam iis tradere noluit, quod verba prooemii docent (379, 14.) *ὅσοι μὲν οὖν κράτος ἤραντο τῆς ἐπιστήμης καὶ ὅσαι πόλεις καὶ ὅσοι βασιλεῖς ἔρωτι ἐς αὐτὴν ἐχρήσαντο, ἄλλοις τε εἴρηται καὶ Ἀριστοδήμῳ τῷ ἐκ Καρίας — ὁ λόγος δὲ οὐ περὶ ζωγράφων οὐδὲ ἱστορίας αὐτῶν νῦν, ἀλλ' εἴδη ζωγραφίας ἀπαγγέλλομεν ὁμιλίας αὐτὰ τοῖς νέοις ξυντιθέντες, ἀφ' ὧν ἑρμηνεύσουσί τε καὶ τοῦ δοκίμου ἐπιμελήσονται.* Inde non consequitur, libellum esse inutilem archaeologiae studiosis, neque scriptor fastu quodam ductus, quid vellet, aperuit,[3] quasi periegeta haberi noluerit, sed rem ita instituit, quia sophista erat, a quo simplex imaginum descriptio non exspectabatur; hanc operam alii absolverant,[4] ipse suae arti consulebat, cujus docendae negotium ei munere suo imponebatur.

Nullus liber Philostrati tanto studio lectus est multis saeculis, quanto *Εἰκόνες*. Cognitionem ejus produnt Menander rhetor,[5] Stobaeus,[6] Suidas,[7] Eudocia,[8] Eustathius,[9] Gregorius Corinthius,[10] Philemo,[11] Thomas Magister,[12] Planudes,[13] Glycas,[14] Scholiastae Euripidis,[15] Theocriti,[16] Aristidis,[17] Luciani,[18] anonymus Boissonadi,[19] grammaticus Hermanni;[20] imitatione ex-

[1]) cf. Prooem. Epist. p. I.
[2]) In »Vermischte Schriften« p. 227.
[3]) cf. Passow, Vermischte Schriften, p. 228.
[4]) In eis erant Polemo, Adaeus, Antigonus, cf. Preller in Fragm. Polem. p. 93 sq.
[5]) cf. Rhet. ed. Walz, IX, 249.
[6]) Ioannes Stob. serm. 61, p. 389. ed. Gesner: *τοὺς μὲν παρὰ Φιλοστράτῳ ἔρωτας γλαφυρώτατα ἀπεικασμένους, εἴ τινι σχολή, ἀναγινωσκέτω.* Unde haec Gesner duxerit, quae Gaisford haud invenit in codicibus suis, non liquet.
[7]) s. v. *Φιλόστρατος*.
[8]) s. v. *Ἀμφιάραος*, p. 23.
[9]) ad H. Od. 1572, 48.
[10]) Greg. Cor. p. 87.
[11]) cf. p. 137, ed. Osann.
[12]) Ut s. v. *ἀφανίζεται, ῥᾳθυμῶ, ἀνθέων.*
[13]) Si Planudis sunt, quae leguntur apud Sturzium Etymol. Gudian. p. 646, 7
[14]) cf. Io. Glycas *περὶ ὀρθ. συντ.* ed. A. Jahn. 54.
[15]) ad Or. 362 et 971.
[16]) ad Theocr. V, 15.
[17]) ad Panath. V, ed. Dindf.
[18]) IV, 143 ed. Jacobitz.
[19]) Anecd. II, 358. cf. 422, 21.
[20]) Recentior est, quod patet ex citatione Gregorii Cyprii p. 390. Laudat nostrum p. 363–367, 375, 377, 384, 387, 390. Codice φ aut ejus simili usus est, vid. infra 389, 21.

pressus est a Philostrato Juniore,[1]) Aristaeneto,[2]) Heliodoro,[3]) Isidoro Pelusiota,[4]) Marco Eugenico;[5]) neque apud Libanium,[6]) Himerium,[7]) Claudianum,[8]) Achillem Tatium,[9]) Theophylactum Simocattam[10]) desunt lectionis vestigia. Scholis destinatus liber glossographos et schedographos valde exercuit, ut Manuelem Moschopulum et Planudem,[11]) quorum commentarios aetati parum litteratae olim utiles nemo hodie desideraverit. Totam autem illam lectorum seriem minus argumentum tenuit, si nepotem excipias et Eugenicum, quam oratio exquisito cultu splendens. Ipsae descriptiones imaginum adverterunt tum demum viros doctos, cum artis antiquae studia excitata essent. Nescio, an non Blasium Vigenerium,[12]) interpretem Gallicum, haec ratio moverit, neglectusque est liber adhuc ab archaeologis ineuntis saeculi XVIIImi, Caylo,[13]) Klotzio,[14]) Hagedornio,[15]) qui nil veri inesse contenderent. Aequius de eo judicium tulit Heynius,[16]) nec Winckelmannus de veritate harum imaginum dubitasse videtur,[17]) nec fuit alia deinde praestantissimi cujusque antiquarii sententia, nec vero Goethius, egregius harum rerum arbiter, aliud judicavit.[18]) Sin autem Fr. Passovius,[19]) vir recentioris picturae studiosissimus inde ad Philostrati tabulas rejiciendas exstitit, in eo ipso peccasse dicendus est, quod immemor erat conditionis veteri arti propriae, quamvis nuperrime Toelkenius[20]) et Welckerus[21]) eam adeo luculenter explicuissent, ut mirandum sit, Passovium ad obsoletos de unitate in picturis argumenti errores redire potuisse.

Ut est hoc volumen frequentissime usurpatum, unde major quam ullius praeterea operis

[1]) cf. 861 ed. Ol.

[2]) cf. not. crit. 381, 24. 386, 23. 388, 7 et 11. 392, 20. 397, 12 et 20. 398, 9. 399, 13. 406, 22. 407, 5. 410, 12, 25 et 29. 414, 15. 421, 21.

[3]) Exempla vide ex multis pauca p. 108, 110 ed. Cor. collata cum 393, 21 et 410, 10.

[4]) Ut 393, 12. 401, 23. 405, 6. 413, 25. 424, 1, 25. 426, 6. 434, 24.

[5]) cf. p. 138, 143, 144, 147, 148 ubi consentit cum optimis codd. 149, 155, 157, 158, 160, 161, 164, 168, 170 ed. meae.

[6]) cf. not. ad 392, 23.

[7]) cf. Ecl. X, 180. XVI, 252. ed. Wernsd.

[8]) Siquidem huc respexit in Epithal. Pallad. et Celerinae vs. 10 sqq. vide not. ad 384, 2.

[9]) Talia videntur 37, 16. 64, 9. 66, 31. quae compares cum 389, 12. 417, 8 et 429, 21.

[10]) Potuit certe ex Philostrato derivare, quae Dial. I, 11 ed. Boiss. narrantur, cf. 387, 16 et 391, 3 cum I, 17.

[11]) Moschopuli, ni fallor, sunt, quae hoc initium habent *ὅστις μὴ ἀσπάζεται, ταὐτὸν τὸ ὁ μὴ ἀσπαζόμενος καὶ ὁμοίως ἀτελές· ὥσπερ γὰρ τὸ ὁ μὴ ἀσπαζόμενος ζητεῖ ἀπόδοσιν ῥήματος, ἵνα τετελεσμένος ὁ λόγος γένηται, οὕτω καὶ τὸ ὅστις μὴ ἀσπάζεται.* Manuelis Planudis autem technologia incipit a verbis *τὸ ἀσπάζεσθαι καὶ τὸ φιλεῖν κτἑ.* cf. Bandini II, 246. Alia sunt in Monac. 242 scholia sive vocabulis Philostrateis adscriptae schedographiae hoc principio: *ἀλήθεια ἐτυμολογεῖται ἀπὸ τοῦ ᾱ στερητικοῦ μορίου καὶ τοῦ λήθη, διὰ τὸ ἀλάθητος εἶναι, ὡς ἁπλῆ καὶ εὐσύνοπτος. ὅθεν καὶ ὁ μηδενὸς ἥττων τῶν σοφῶν Εὐριπίδης* (ductum istud ex Aeschin. Timarch §. 151.) *οὕτω φησίν· ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ κτἑ.* Glossas paucis longioribus scholiis mixtas edidit Jacobsius ex codd. Guelferbytanis 25 et 82, quibus similes in multis aliis inveniuntur, ex quorum numero laudetur Parisinus 1761, cum nonnulla propria offerat. Suppeditavit mihi haec scholia benigne Fr. Osann, v. cl. excerpta inde passim inserui. Cupidi talium evolvent Manuelis Moschopuli *τῶν ὀνομάτων ἀττικῶν ἐκλογὴν ἐκλεγεῖσαν ἀπὸ τῆς τεχνολογίας τῶν εἰκόνων τοῦ Φιλοστράτου* ed. Ald. in Tom. II. Dictionarii Graeci 1524, p. 135, et Parisiis apud Vascosan. 1532.

[12]) De Blasio Vigenerio, ejusque versione additisque ei postea tabulis cf. Jacobsii judicium XXVI sq.

[13]) Caylus in Hist. de l' acad. des inscr. T 29, p. 156.

[14]) In praefatione Cayli Dissertationibus in vernaculam versis praefixa. Tom. 2.

[15]) In „Betrachtungen über die Mahlerei," p. 174.

[16]) cf. Opusc. Acad. V, p. 15, 28, 193.

[17]) De Winckelmanno et aliis cf. collecta a Welckero v. cl. in Judicio de Philostratis et de Callistrato p. LVI ed. Jacobs.

[18]) cf. libellum, in quo has Imagines tractavit: »Philostrats Gemälde,« in Sämmtliche Werke. Stuttgart u. Tübingen. 1840. Bd. 30.

[19]) Vide dissertationem supra III, 5 citatam.

[20]) In dissertatione supra laudata II, 3.

[21]) vide Fr. Th. Welckeri judicium de Philostratis et de Callistrato, in ed. Jacobs. LV sqq.

Philostratei exemplarium numerus, proxime accedente Heroico, quem et ipsum scholasticae lectioni inserviisse novimus,[1]) ita etiam pro ambitu plus vitiorum quam cetera hujus scriptoris opera contraxit, cujusmodi sunt glossae ex margine in textum receptae, lacunae post interitum antiquissimorum exemplarium non amplius explendae, dittographiae, syllabae male redditae aut omissae, quod lacunularum genus est hic satis frequens, oratio ob magistrorum temeritatem demtis additis immutatis voculis depravata: quae omnia vitia jam ante aetatem principum codicum nostrorum huic libro illata etiam postea numero creverunt. Pleniorem olim fuisse librum ex ipsis verbis non uno loco intelligitur: nescio an tota imago exciderit ante II, 28; capitis I, 12 manifesto periit initium ejusque non pauci versus; capitis I, 28 duas significavi lacunas; minores nunc transeo. Glossas jam pridem illatas vide 392, 22. 397, 6. 398, 25. 405, 16. 408, 21. 414, 15. 420, 7. 427, 27. 428, 4. 430, 21. 433, 1 et 18. Accedit singularis additamentorum species, ubi aberrans librarius ab uno loco ad alterum eadem verba bis scripsit, ut 385, 18. 388, 5. 389, 15. 409, 17. 425, 14. 427, 19. Denique satis multae corruptiones ortae sunt male lecto archetypo, unde syllabae aut excidebant, aut perperam excipiebantur. Talia vide 380, 5. 383, 5 et 13. 392, 2. 394, 15. 396, 22 et 24. 398, 19 et 21. 400, 24. 401, 4. 402, 10 et 21. 403, 12. 404, 12. 406, 18. 408, 7 et 17. 412, 7. 416, 16. 417, 2 et 18.

Hac fere conditione Imagines acceperunt ii, quibus librum debemus, aliquanto tamen emendatiore exemplo uteremur, si tulisset aetatem codex, quem excerpsit epitomator Vossianus (v),[2]) is enim solus servavit, quamvis in septem substiterit paginis, non paucis locis genuinam lectionem, ubi reliqui codices aut manci aut depravati sunt.[3]) Ab hujus autem epitomae praestantia proximus est eximius Laudianus 628 (l),[4]) unde explentur quaedam ceterorum lacunae[5]) in secundo libro ac nonnulla corriguntur illic perperam scripta.[6]) Ea igitur duo subsidia quodam-

[1]) cf. Prooemium ad Heroic. p. V.

[2]) cf. Catalogum biblioth. Leidens. 396, n. 18. Praeter varia alia excerpta etiam pauca ex Callistrato insunt et ex Libanii ἐκφράσεσι, quorum lectiones, cum nondum videantur editae, hic proferam, quippe eximias et in libello similis argumenti inventas: Ed. Reisk. p. 1046 reperitur κατὰ τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῖς (αὐτῶν R) ποιοῦσι – ἱππεῦσιν. οἱ δὲ τοῖς ὁπλίταις (τῶν ὅπλων R) ἰσχύοντες ταύτῃ κρίνονται (ταῦτα κρίνουσι R) πρὸς ἀλλήλους διὰ πάντων. (μάχονται addit R.) p. 1093. παθήματα Τροίας οἵδε (εἶδε. R.) ἐπὶ τῆς ἀντίπεραν ἠπείρου πεπραγμένα πρὸς (τὴν add. R.) μάχην ὁ χρόνος. ἐμιμήσατο δὲ μετὰ ταῦτα ἡ σκηνὴ (ταῦτα ἐκείνη. R.), καὶ τρίτος (τρίτον. R.) — τύχην. ἐπὶ δὲ τῷ χαλκῷ προσέρχεται λόγος. (προὔχεται. R.) p. 1095. φύσεις – ἐκ τύχης πρῶτον (τὸ πρῶτον. R.). ib. ἠγωνίζετο δὲ πρὸς τὴν χίμαιραν ἀνὴρ παραλογωτέρου ἐποχούμενος ἵππου. (παραλογώτερος ἐχούμενος ἵππου. R.) p. 1096. ταῦτα θεάσασθαι μὲν δέος (om. δέος. R.) ὑπῆρχε διεξελθεῖν — δέος. p. 1073. ταῦτα μὲν οὖν τοῦ (haec om. R.) Παιανιέως ἐπιζητεῖ τὴν δεινότητα. p. 1074. Ἀπελλῆ (om. R.) ζωγράφων κάλλιστε — τότε σου (πρῶτον add. R.) τῆς τέχνης ἑ. κ. p. 1114. ταῦτα θαῦμα – σιωπῇ παρελθεῖν. (κατακρύπτεσθαι. R.) p. 1168. ὥσπερ ἀγανακτούσης τῆς τέχνης, εἰ πόνων Ἡρακλῆς ἐπὶ κάπρῳ δεήσεται. (καί πως ἐπιδεήσεται). Codicem chartaceum saec. XVmi Cobet v. cl. qua est in me humanitate, descripsit in hac parte, deinde commodatum egregio optimi Geelii beneficio ipse inspexi. Capita hoc ordine sunt excerpta: Prooem. I, 1, 3, 4, 5, 6, 7, 9, 10, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 27, 28, 29, 30, 31. II. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 13, 15, 16, 17, 29, 30. I, 8, 11, 12. II, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 27, ubi ultima sunt καὶ ὁ καπνὸς οἷον εὐώδης. Pagina plerumque vicenorum senorum est versuum. Inscriptio est: Εἰκόνες Φιλοστράτου τοῦ Λιμνίου. Bona epitoma est etiam in Palatino 129, ex aliquot secundi libri imaginibus ducta, quam secutus sum in 415, 7. 419, 6, 8 solam. cf. praeterea 426, 15. Signavi h, ut Palatinum 341, qui altero libro paene toto caret, et omnibus, quae habet Pal. 129.

[3]) Exempla vide 384, 2, 3, 30. 386, 2 et 9. 391, 7. 392, 22. 396, 21. 399, 19. 400, 10. 402, 23. 404, 20. 405, 17. 406, 3. 408, 7. 412, 26. 419, 15. 423, 24. 424, 7, 11. 425, 14. 430, 22.

[4]) Hujus Bentleianam multo accuratiorem collationem, quam qualis apud Olearium exstat, ex Morelliano exemplari transscriptam accepi a v. d. J. Grabham; priorem librum praeterea inspexit mea gratia diligentissime v. d. F. Arnold, scholae Ruckbejanae rector, in ipso codice; denique Henricus Liddell v. cl. passim indicatos ipsi locos examinavit. Saeculi XVmi est, chartaceus, eleganter scriptus. In altero libro saepe varians lectio, plerumque vulgata, est adjecta.

[5]) Ut 411, 20. 415, 17. 420, 2. 421, 27. Adde in priore libro 380, 6. 396, 2.

[6]) cf. 407, 20. 409, 12. 410, 16. 411, 4, 18. 417, 27. 419, 3, 29. 420, 21. 423, 4. 426, 28. 428, 12. 430, 4. 431, 15, 17.

modo accensenda sunt superioris aetatis παραδόσει, quamobrem hic ante reliqua commemoravi, etsi Laudianus certe in posteriore parte optimis primae familiae libris simillimus est, in priore plerumque tertiam refert, Vossianusque nonnulla et bona et mala communia cum prima habet.

Omnium enim codicum varietatem tribus familiis complectimur, per quas descendit multis gradibus nitor Philostrateae orationis ad editionum veterum squalorem. Accedunt novae lacunae, glossae, corruptiones varii generis in deterioribus codicibus aut editionibus demum, quae vitia hoc loco enumerare nolo, cum in ipsa hujus libri recensione notanda sint.

In prima familia duas invenio sectas, antiquiorem alteram constantem Parisino 1696 (p), Laurentiano LXIX, 30 (f), et Laudiano (l) inde a posterioris libri initio, Jacobaeo 845 (j) inde a 405, 12; alteram recentiorem Laurentiano LVIII, 32 et Vindobonensi 331.

Parisinus saepius jam in hoc corpore operum Philostrateorum commemoratus [1] hic perbonus est et Laurentiano, quocum plurima et prava et recta communia habet, emendatior.[2] Mutatus est multis locis ex codice Vindobonensi aut ejus simillimo, plerumque ita, ut pro correctione pejora reponerentur,[3] rarius ut meliora.[4] Divisionem habet in quatuor libros, Suidae cognitam v. Φιλόστρατος. Tertius liber a II, 11, quartus a II, 27 initium capit. Eadem reperitur in Vindobonensi et Bruxellensi 11182, qui inde a pag. 420, 4 ex Parisino jam correcto descriptus est. Laurentianus membranaceus saec. XIII, quem in V. S. et Heroic. φ signavi, etsi aliquanto vitiosior est codice antiquissimo, tamen propria plura affert, eaque ratione illum superat.[5] Similis ei fuit liber, ex quo in ultimis capitibus libri prioris et toto posteriore fluxit Jacobaeus 845, chartaceus, saec. XV, quominus enim ex ipso Laurentiano ductum putem, loci, quos infra posui, non patiuntur.[6]

Transeo ad sectam recentiorem,[7] cujus ratio cum altera intercedens comparatur apte ei, quae in V. S. est codici β cum r, f, ϱ. Ut illic, sublata sunt vitia librorum vetustiorum ex codicibus minus quidem bonis, sed immunibus ab ipsis illis mendis, quae optimos depravant, contra ex iisdem assumserunt tanquam rectiora, quae repudiat scriptoris proprietas.[8] Utriusque

[1]) In omnibus hucusque prooemiis praeter Neronis.

[2]) Illic non inventa, sed hinc recepta vide haec: 409, 8. 412, 20. 413, 25. 415, 3. 419, 17. 424, 1. 427, 4. 432, 11 cum vd.

[3]) cf. 387, 23. 392, 15. 399, 3. 400, 19. 404, 1. 405, 18. 407, 11. 408, 2. 410, 12. 411, 20 et 27. 412, 23. 417, 20. 420, 10 et 28. 421, 1. 426, 14. 432, 27. 434, 7.

[4]) Meliora ex eo duxit 388, 6. 393, 3. 405, 23. 404, 10. 411, 15. 418, 5, 12. 426, 1, 3. 429, 24. 434, 26. In margine posuit alteram lectionem διορθωτὴς 397, 18. 399, 23. 403, 8. 407, 21. 425, 24.

[5]) Collationem a Jacobsio adhibitam compluribus auxi, etiam Parisini lectiones accuratius indicare potui amice adjutus a G. Vesenmeyero, Ulmensi, viro multiplici doctrina excellentissimo. Laurentiani probanda vide haec: 381, 19. 394, 8, 14, 19, 22. 408, 9. 419, 24. 420, 22. 422, 7. 423, 23. 425, 15. 430, 18. Ex utroque libro recepi haec nondum antea probata: 380, 11. 382, 4, 8, 23, 25. 386, 9. 391, 10. 392, 10, 15, 21. 393, 6. 396, 2. 398, 23. 401, 14 et 26. 408, 2 et 17. 411, 7. 414, 23. 417, 2. 421, 12. 422, 27. 423, 11. 434, 11. Cum f consentire p his locis comperi nuperrime ab E. Millero: 382, 13. 386, 16. 391, 29. 396, 8. 399, 6. 401, 3. 424, 14.

[6]) cf. 408, 2 et 15. 412, 7. 414, 3 et 12. 423, 6. 424, 20. 427, 13. 428, 3. 429, 22. Jacobaei collationem et a H. de Hoff ex Is. Vossii exemplari Juntinae et a Grabhamo diversam ex Bentleiano Morellianae descriptam accepi.

[7]) Parisinus cum ea aliquoties contra f conspirat, ut 421, 20. 423, 14. 424, 1, 5 et 25. 425, 5 et 21. 427, 22 cum φ, ibid. cum vd, 428, 16. 432, 26. Adde nunc ex E. Milleri schedis 393, 10. 429, 16.

[8]) cf. 382, 8. 384, 27. 387, 15. 388, 13. 392, 21. 393, 5, 15, 21. 395, 9 et 20. 397, 21. 411, 14 et 15. 413, 1 et 15. 417, 4. 423, 6. 424, 11, 14. 429, 24. 434, 22 et ubi solus φ ceteros primae familiae corrigit 387, 27. 388, 3, 4. 390, 3, 14. 399, 21, 23. 400, 3. 402, 2. 405, 2. Contra obliterata, quae illi meliora habent, vide 381, 18. 382, 4. 387, 1, 22. 392, 15. 398, 24. 401, 24. 405, 19. 407, 14. 411, 20. 414, 23. 417, 20. 434, 10, 11. in solo φ 389, 11. 405, 2. 408, 2. 414, 20. in vd. 401, 14. Hunc librum intercedente viro egregio J. de Eichenfeld diligentissime contulit H. E. Poeschl, vir doctissimus. Passim a secunda manu correctus est. In usurpando eo magnam

rei exempla prolata ex Laurentiano VIII, 32, (φ) chartaceo, saec. XIVmi et Vindobonensi 331 bombycino ejusdem fere aetatis infra posui, ubi etiam eos locos indicavi, quos eorum auxilio emendare licuit,[1] ut eos, quibus congruunt inter se in lectionibus rejiciendis.[2] Ultima inde a 427, 19 inveniuntur in Barocciano (β), bombyc. saec. XIVmi, scriptura ad primam familiam plerumque accedente, ut 429, 13 ad 1; 432, 19 ad φ, vd; 22 ad v. 434, 1 ad l; haud pauca etiam diversa offerente, cf. 430, 21. 433, 24. 434, 7. 435, 1, 4.

Secundae familiae codices minus inter se differunt quam primae, sunt autem hi: Parisinus 1761[3] chartaceus saec. XVmi ut Monacensis 242, (μ) manu Michaelis Apostolis exaratus,[4] Parisinus 1760 chart. saec. XIVmi, Vaticanus 1404, bombyc. saec. XIVmi et Vaticanus 97 chart. saec. XVmi, quibus aut totum inest opus aut pauca capita desiderantur.[5] Plus deest in Parisino 2706, chart. saec. XVmi, qui explicit 417, 21 et in Laurentiano LVIII, 7 (f 4), chart. saec. XVImi, desinente p. 422, 14.[6] Reliqua in Bruxellensi 11182 (br), qui simillimus est Parisino 2706, complevit librarius ex Parisino 1696.[7] Vindobonensis 82 alterum librum non habet, etiam pauciora Parisinus 2955,[8] et quem signavi fe, (h. e. Florentina excerpta) Laurentianus LVII, 34. In iis excellunt Parisinus 1761 et Monacensis 242 emendatiore scriptura[9] nonnullisque bonis lectionibus. Ad hanc familiam referendos esse suspicor etiam Matritenses 76 et 100, qui eandem atque μ in II, 1 lacunam habent.[10]

Major est in tertia familia varietas. Vulgarem recensionem maxime hi libri prae se ferunt: Parisinus 2075 (ψ) et 2562,[11] in quo ne prior quidem liber integer est, alter totus desideratur; Veneti 392 et 514; Mediolanenses L 43 (m1), M 34 (m2), B 66, (m3)[12]; Vaticani 20 et 100,

oportuit cautionem adhiberi, cum multis locis redoleat *διόρθωσιν* institutam contra scriptoris proprietatem ad normam vulgaris consuetudinis et concinnitatis. Exempla vide 389, 6. 395, 25. 403, 3. 401, 1, 19. 412, 2.

[1]) Ex φ duxi 379, 19. 383, 26. 391, 26. 399, 23. 405, 8. 406, 20. 412, 22. 415, 11. 418, 21. 428, 24. 433, 3. Ex vd. 381, 7. 405, 16. 409, 2. 414, 3. 415, 26. 431, 14. Ex utroque 432, 16, 22.

[2]) Ut 402, 3. 404, 6. 411, 13. 412, 25. 413, 3. 414, 4, 18, al.

[3]) Parisini hujus collationem debo viro humanissimo Fr. Osann, antea selectam varietatem hujus et reliquorum Parisinorum acceperam a G. Veesenmeyero.

[4]) Ipse excussi Monacensem; Vaticanorum in I, 11 specimina debeo Th. Heysio; Laurentianorum in I, 11, 30 et II, 23. Franc. de Furia, Vindobonensis in I, 30 Jos. de Eichenfeld.

[5]) Paris. 1760 et μ carent imag. I, 3, 4 et II, 30; praeterea in μ paene tota desideratur II, 1 usque ad verba *ἔρουσι δέ*, 407, 10, quam in Par. 1760 addit extrema Imaginum pagina.

[6]) cf. Bandin. l. c.

[7]) Bruxellensis totius usum debeo amicae operae Roulezii mei, Parisinus 2706 compluribus locis inspectus est a G. Veesenmeyero. Ex alterutro petiisse existimo Morellium lectiones marginales.

[8]) Accepi hujus collationem a Fr. Osanno. Vitiosissime scriptus est saec. XVmo, chart. nec habet, nisi I, 7–19. Laurentianum LVII, 34 adhibui in I, 24.

[9]) Uterque praebet veram lectionem 394, 23 cum f; 398, 10. 429, 16, 17. 407, 26 (hoc cum l); solus p 1761 in 400, 24 *ληνὰς*, et ibidem solus μ *Σειληνός*, in 423, 4 *αὐτό τε* solus p, in 434, 3 soli *αὐτῇ*. Omnes sec. fam. habent haec probanda 383, 3. 386, 1. 392, 25. 394, 23. 418, 10. 426, 7. 433, 10 et 414, 23. 428, 26. 432, 22 cum l. Consentiunt in plurimis maiis, ut 387, 28. 388, 4, 13. 389, 1, 10. 390, 20. 392, 7, 10, 23. 393, 4, 23. 394, 19 aliis. Parisinus 1761 finem versus saepius facit cum Laudiano, cf. 420, 20. 429, 10, 13, 16. 430, 3. 431, 12. 432, 25. 433, 29. 434, 10.

[10]) cf. not. 5 hujus pag.

[11]) Parisini 2075 lectiones suppeditavit v. cl. Fr. Osann, alterius selecta quaedam G. Veesenmeyer. Bona illius libri vide 415, 15. 427, 20. 428, 13 et ubi cum aliis congruit 393, 18. 407, 28. 413, 18. 425, 16. 426, 12. 430, 8. 432, 4.

[12]) Venetos omnes inspexerunt viri humanissimi A. de Steinbüchel et J. Trevisanatus in capitibus I, 11, 30, II, 23, selectam praeterea varietatem in 392 et 514 Roulezius. Mediolanensium specimen debeo optimo Fr. Bentivoglio *τῷ μακαρίτῃ*.

Laurentiani [1] LVIII, 18 (f2), LVI, 20 (f7), LIX, 44 (f6) et Vindobonensis 203 theol.[2] quibus anteponendi videntur Guelferbytani 82 (g) et inde descriptus 25 (γ),[3] Vaticanus 87 (ϱ) [4] Venetus Cl. XI, 29 [5] Neapolitanus 86 (n),[6] retinuerunt certe aliquot primae familiae lectiones. Ejusdem fere bonitatis alios habere licebit, qui posteriore libro carent: Vaticanum 98 (r) bombyc. saec. XIImi,[7] antiquissimum hujus familiae, Meermanniani 315, ut videtur,[8] fontem, Monacensem 266 (β), chart. saec. XVmi,[9] Venetum 309, Parisinum 1698, qui desinit in medio capite I, 30, plane conspirans cum Jacobaeo 845,[10] et Guelferbytanum 77 (gu.)[11] Supra horum mediocritatem exsurgunt in priore libro Laudianus jam supra praedicatus [12] et Lugdunensis 2, (λ) chart. saec. XVmi,[13] quocum congruit Parisinus 2596 bombyc. saec. XIVmi, in altero autem Parisinus 3019 (π), chart. saec. XIVmi,[14] consentientem habens Venetum Cl. XI, 15, qui non tam bonus est in priore. Lugdunensis mendosissime quidem scriptus est, at magni faciendus ob quasdam insignes correctiones; idem sentimus de Parisino 3019. Infimae denique notae sunt Palatini 143 et 341 (h), Laurentiani LV, 7 (f1) et LVIII 23 (f3), omnes praeter Palatinum 143 altero libro carentes, omnes chartacei et exeunte saec. XVmo scripti.[15]

[1]) cf. not. 4 praecedentis pag. Ad Laurentianum LVI, 20 accedit compluribus lectionibus alter Bruxellensis a Roulezio meo excussus, in quo sunt capita I, 28–31.

[2]) Omnes hucusque commemorati sunt chartacei, saec. XVmi, praeter Laur. LIX, 44. bombycinum saec. XIVmi. Vindobonensem in I, 11. F. H. Massmannus, v. cl. contulit, in I, 30 H. Poeschl.

[3]) Utrumque Guelferbytanum, saec. XV, chart. adhibuit Jacobsius. Cum prima familia faciunt in 382, 4. 384, 4. 389, 22. 400, 12. 406, 7. 423, 4. 424, 14. 426, 3 et 9. 433, 3. 434, 26. Raro praebent bona soli, ut 388, 10. 428, 2. 433, 7 et 16.

[4]) Eum Vaticanum usque ad p. 420, 3 contulit Ph. Lebasius v. cl. cujus ex schedis mihi descripsit lectiones pro solita benignitate E. Miller. Deinde accepi versionem Italicam auctore Ph. Mercurio. (titulus ei libro est: Le pitture dei Filostrati fatte in volgare la prima volta da Filippo Mercuri con le varianti lezione tratte da mss. vaticani. Roma per la società tipografica 1828) qui integram ejusdem libri, non, quod titulus promittit, aliorum praeterea, collationem exhibuit. Aliquoties optimorum codicum, maxime f, lectiones repetit, ut 382, 21. 383, 20. 408, 16. 412, 23. 421, 19 et 23. 422, 12. 423, 11. 428, 16. 434, 16.

[5]) Venetus idem, qui ex bona recensione habet vitam Apollonii, in I, 30 solus cum vd offert veram lectionem *οἱ ἄλλοι* 405, 16; in ceteris cum tertia familia facit.

[6]) Neapolitani jam in Prooem. V. Soph. et Heroic. fecimus mentionem. Nonnulla ex eo v. cl. Salv. Cyrillus olim contulerat, plura deinde amicissimus Spengelius, ille I, 11, hic I, 30. II, 23, ubi cf. cum prima familia consentientiae 427, 20. 428, 10 et 13.

[7]) Vaticani 98 specimen cum accepissem a Th. Heysio, vir summus F. G. Welcker hoc mihi tribuit, ut ipse compararet benignissime p. 379–384. 396, 20–401, 24. Cum prima familia facit in 380, 11, quo loco addes, *φράζοιμι* legi in r. Praeterea emendata scriptura superat plerosque tertiae sectae codices. Subsistit in I, 26.

[8]) Suspicor hoc, quia in utroque codice eadem opera adduntur Imaginibus, quae enumerat index Meermannianus.

[9]) Ipse hunc Monacensem tractavi.

[10]) Ex utroque duxi 390, 14. Parisinus recens est et pulcre scriptus.

[11]) Guelferbytanum adhibuit Jacobsius; chartaceus est, saec. XVmi.

[12]) Eximiae Laudiani in priore libro lectiones sunt praeter commemoratas antea 384, 26. 393, 4. 398, 14 et 401, 2; in 386, 28 vereor, ut recte receperim inde *τῆς γῆς*.

[13]) Chartaceus est, saec. XVmi, venit ex bibliotheca Vulcanii in Lugdunensem publicam. Cobet v. cl. inspexerat olim hunc librum ac mihi perhumaniter nonnulla, quae ipsi commemoranda videbantur, enotaverat; deinde totum accuratissime excerpsit H. de Hoff, cujus in hanc editionem merita supra praedicavi, cf. Prooem. Epp. p. III, 7. Codicis praeclara quaedam vide 388, 5. 389, 2. 390, 23. 392, 2. 394, 16. 395, 12. 406, 1. Plane cum eo conspirare Parisinum 2596 intellexi ex E. Milleri litteris.

[14]) Hunc librum Sybsomus v. d. comparavit cum ed. Ol. quum ex parte jam cognovissem Boissonadi, viri summi et G. Veesenmeyeri opera. Laudo inde maxime 415, 3. 417, 11. 419, 8. 430, 8. Cum 1 congruit saepius, ut 421, 19, 23. 422, 12, 21. 423, 6. 425, 16. 426, 3. 429, 19. 431, 9. 433, 1. Veneti Cl. XI, 15. selectam varietatem accepi a viro benignissimo A. de Steinbüchel. Quod consensum ejus cum π attinet, vide 416, 1. 428, 8. 429, 20. 430, 7.

[15]) Palatinum 341, qui explicit in 408, 4 *καὶ κηρίον*, relegi post Jacobsium. Plurima ejus alibi non reperta habet Aldina, ut 382, 17. 383, 13. 386, 29. 387, 5, 27. 396, 22. 397, 14. 402, 3. 403, 6, 14, 17, 31. 405, 12. 408, 1. Alterum Palatinum ex solo I, 11 cognitum habeo nec licuit plura nancisci. Inde est in editionibus ante Jacobsianam 389, 11 *στεγάζοντα*. Uterque Laurentianus minus a codicibus tertiae familiae discrepat; cum ed. principe consensum deprehendi in 404, 28. 405, 11 et 16.

Ex codice ejus generis Aldina (a), ut solet in hoc scriptore deterrima quaeque sequi, descripta est,[1] ita tamen, ut unus aliquis superstitum nequeat exemplar editionis haberi, nonnunquam enim aliunde quoque petitae comparent lectiones,[2] ut ex secunda familia complures,[3] ac satis magnus est earum numerus, quae in nullo codice reperiuntur.[4]

Aldinam posterae usque ad Morellianam editiones raro nec nisi in pejus deserunt.[5] Morellius pro more suo vitia illorum auxit, ad marginem paucas lectiones secundae familiae allevit. Deinde Olearius Bentleianis copiis ex Barocciano et Laudiano codice enotatis usus mendorum Morellianae tenacem se nec magnopere in corrigendo hoc quoque libro felicem praestitit.[6] Laetior lux ei affulsit ex curis ingeniosissimi Jacobsii, qui opera cum viro summo, F. G. Welckero, ita juncta, ut ille artificium imaginum explicaret, ipse cetera administraret, anno MDCCCXXV editionem rari exempli emisit.[7] Ut enim taceam de textu ex l, p, f, gu, γ, g plurimis locis emendato maxime profuit libro optimis evidentissimisque conjecturis,[8] quales vide infra indicatas. Nil etiam uberius commentario sive comparationem aliorum scriptorum spectas, sive rerum explicationem et orationis sophisticae illustrationem. Tantam copiam transferre integram pro consilio meae editionis non poteram, itaque continui me in excerpendis gravissimis annotationibus, interdum ipsa Jacobsii et Welckeri verba retinens, et in fontibus imitationibusque indicandis; praeterea adscripsi, quae artis monumenta post editionem laudatissimam in lucem prodierint accommodata ad expositionem harum imaginum ac quae in illa celeberrimi archaeologi commentati sint, significavi.[9]

Ex epigrammatum libello, quem Suida teste Philostratus composuit, nonnisi unum aetatem tulit, Anthol. Planud. p. 110, *ἐς εἰκόνα Τηλέφου τετρωμένου*, quod propter argumentum huic Imaginum libro subjectum est.

[1]) cf. Prooem. Ap. XIII. Vit. Soph. V. Heroic. VII. Epp. IV.

[2]) cf. 383, 26. 388, 9. 397, 5. 399, 23. 403, 1. 406, 18. 407, 2. 408, 21, 23. 409, 1. 414, 23. 424, 14. 425, 13. 434, 10.

[3]) Talia sunt 383, 3, 18. 386, 8. 392, 22. 393, 18. 394, 19. 398, 24. 405, 21. 412, 20, 24. 414, 17. 416, 26. 425, 11. 432. 15, 19. 433, 18.

[4]) In iis pauca sunt bona, ut 390, 15. 410, 14. 414, 18. 433, 11, 16, pleraque improbanda, cf. 380, 12. 384, 2, 27. 385, 20. 390, 9, 18. 391, 2, 26. 393, 20. 396, 7. 401, 14. 402, 16, 18, 20, 22, 25. 403, 24. 404, 7, 8, 10, 22. 405, 16. 406, 1, 21. 407, 20, 28. 409, 17, 18. 411, 14. 412, 15. 413, 15. 414, 23. 415, 22, 25. 417, 1. 418, 10, 13, 18. 419, 3, 15. 420, 11. 424, 14, 20, 29. 422, 26. 423, 26. 424, 10. 426, 18, 26. 427, 26. 428, 17. 429, 8. 430, 2. 433, 2, 20. 434, 6.

[5]) Descriptionem earum plenissimam vide apud Jacobsium Praef. XX sqq.

[6]) Bonas ejus correctiones vide 396, 23. 399, 7. 400, 24. 420, 7. 424, 8. 427, 25.

[7]) „Philostratorum Imagines et Callistrati Statuae. Textum ad fidem veterum librorum recensuit et commentarium adiecit Fridericus Jacobs. Observationes Archaeologici praesertim argumenti addidit Fridericus Theophilus Welcker professor Univers. Rhenanae. Lipsiae in libraria Dyckiana MDCCCXXV.

[8]) Vide 380, 13. 383, 5. 386, 16. 387, 12. 388, 14. 389, 7. 394, 15. 395, 12, 16. 396, 3, 24. 399, 10, 23. 406, 14. 408, 7. 409, 8. 412, 26. 415, 2. 416, 16. 417, 2, 28. 418, 1. 423, 23. 424, 27. 425, 14, 17. 427, 19. 428, 6. 429, 13. 433, 27. 434, 26. Quae cum paene omnes delitescant in commentario, locum suum iis duxi non amplius denegandum. Etiam Heynius compluribus emendationibus hunc librum ornavit, ut 429, 12. 430, 22. 433, 6 et quae codicum consensu firmantur 394, 23. 420, 22. 428, 3. 429, 16.

[9]) Kimedoncianum commentarium valde spissum ex Harlejano 5380 excerpere non licuit praeter pauca ab initio posita.

Index codicum. (C.)

Prima familia. (1.)

v. Vossiana epitome. l. Laudianus 682 in libro secundo. p.*) Parisinus 1696. br. Bruxellensis 11182 in altera parte secundi libri. f. Laurentianus LXIX. 30. j. Jacobaeus 845 in libro secundo. φ. Laurentianus LVIII, 32. vd. Vindobonensis 331. β. Baroccianus 131. h. Palatina epitome 129.

Secunda familia. (2.)

Parisinus 1761. μ. Monacensis 242. br. Bruxellensis 11182. Parisinus 2706. f4. Laurentianus LVIII, 7. Vaticani 97 et 1404. Vindobonensis 82. Matritenses 76 et 100. Parisinus 2955. fe. Laurentiana epitome, LVII, 34.

Tertia familia. (3.)

α) Codices integri. ψ. Parisinus 2075. ϱ. Vaticanus 87. g. Guelferbytanus 82. γ. Guelferbytanus 25. m1. Mediolanensis L. 43 m2. Mediolanensis M 34. m3. Mediolanensis B 66. n. Neapolitanus 86. f2. Laurentianus LVIII, 18. f6. Laurentianus LIX, 44. f7. Laurentianus LVI, 20. ven. Venetus Cl. XI, 29. Veneti 392, 514, Cl. XI, 15. Urbinas 152. Vaticani 20, 100. Eiusdem familiae sunt l Laudianus 682 et j Jacobaeus 845 in priore libro.

β) Codices, qui posteriore libro carent. r. Vaticanus 98. Meermannianus 315. λ. Lugdunensis 2. Parisinus 2596. Venetus 309. Parisinus 1698. Mediolanensis L1. β. Monacensis 266. Vindobonensis (theol.) 203. gu. Guelferbytanus 77. h. Palatinus 341. pal. Palatinus 143. f1. Laurentianus LV, 7. f3. Laurentianus LVIII, 23.

γ) Priore libro caret π. Parisinus 3019.

δ) Pauciora habent fe. Laurentiana epitome. LIX, 25. Vaticanus 18. Bruxellensis alter.

Ab aliis scriptoribus expressa aut laudata: Arist. Aristaenetus. Isid. Pel. Isidorus Pelusiota. Ἐ. Eudocia. Θ. Thomas Magister. Gr. ap. Herm. Grammaticus apud Hermannum de emendanda ratione Graecae grammaticae. M. Eugen. Marcus Eugenicus, quem edidi anno 1840 cum Philostrati Gymnasticis.

Conjecturae VV. DD.

J. Jacobsius. Salm. Salmasius. Ham. Hamacker. Lectionem vulgatam aut eam, quae in codd. est, unde diversa lectio non profertur, significat ϛ. Hoc etiam de superioribus Philostrati libris, ubi adhibui ϛ, valet.

Index editionum. (E).

a. Aldina 1503.**) a2. Aldina 1522. i. Juntina 1517. i2. Juntina 1535 et Nicoliniana 1550 sunt ε. editiones veteres. m. Morelliana 1608. o. Olearіana 1709. J. Jacobsiana 1825. Ubi ea cum ceteris E conspirat, scripsi EJ.

*) p etiam ceteros Parisinos indicat adjectis numeris, praeter codd. 2075 (ψ) et 3019 (π). Vaticanos signavi vt praeter codd. 87 (ϱ) et 98 (r).

**) a. Bern., ut 399, 13 significat correctiones in exemplari Bernensi adscriptas, quae excerptae sunt ab A. Jahn. professore Bernensi, viro clarissimo.